



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXX. An vox Meritvm sit vruspanda vt αγιογράφη?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

IV. DE IVSTIFICA TIONE MERITORIA.

QVÆSTIO LXXX.

*An vox MERITI sit usurpanda ut
ἀγιθγαφα?*

LUTHERANI, vt Mar. Bucerius in Colloq. Ratiob. negat Scripturam, aut Patres voce Meritorios: Vos tamen quodam dura cum catarchesi.

CALVINIANI, vt Caluinus Inst. 3. c. 15. §. 2. negat vtendum voce Meriti vel mercedis; dicendum dari abs Deo bonis operibus liberalem remunerationem. Simil acerbè perstringit S. Patres, quod vsu vocis Meriti pessimè consulerint fidei sinceritat. Itaque dissonat ab Lutheranis verbo; re nihil.

A V T O R. I. Vox Meritum est apercè in Scriptura, Eccl. 16. Misericordia faciet locum cuique secundum MERTVM operum.

INSTANT Caluinus non esse vocem Meritum ibi, sed Karæ ἐργα.

DICO. Hoc idem est: nam reddere alicui secundum opera, est reddere vt meretur. Vnde Hebr. 13. *Talibus hostijs promeretur Deus εὐαγγεῖται*, delectatur, placatur, ait Chrys. placetur, ait Oecumenius. Caluinus: placetur ijs Deo; non tamen recte vocatur meritum. At qui facit placitum alteri, benè meretur de eodem.

II. Vox meriti deducitur è Scripturis, vbi dicitur ἀξιοmeritū, ἀξιοστοι mereri. Vt 2. Thes. 1. *Vt digni habeamini regno Dei.* Apoc. 3. *Ambulent mecum in albis, quia digni sunt.* Apoc. 16. *Dedisti eis sanguinem bibere; digni sunt enim, id est meriti sunt.*

III. Vox Mercedis frequens est Scri-

pturæ: Gen. 15. *Ego mercestua magna nimis.* 2. Paral. 15. *Confortamini; et enim merces operti vestro.* Sap. 5. *Apud Dominum est merces eorum.* Mat. 5. *Merces vestra copiosa est in calis.* 1. Cor. 3. *Vnumquisque propriam mercedem habebit.* Ap. 1. *Ecce venio cito, & merces mea mecum.*

QVÆSTIO LXXXI.

*An opera iustorum sint eterna vita
meritoria?*

LUTHERANI principio contemptim declinant de operum meritis: post bifariam temporis in Confess. Aug. & Apolog. art. 10.

1. Opera bona esse meritoria, hic & isthie, temporalium & spirituallium, sed non vita eterna.

2. Elle meritoria, sed non ex se esse virtutis, sed a fide, Deique liberalitate, regentis nostram intelligentiam & operum.

CALVINIANI in Harmonia Confessionum Geneu. & apud Scharrum aiunt: *No omnibus nostris meritis in opere iustificationis & salutis renunciamus, & solum Christi merita esse.* vt iustificationem efficiat, & vitam aeternam afferimus. Dicimus ergo, opera in confessione non ex congruo, nec ex condigno vita eterna efficiuntur.

CALVINVS Inst. 2. c. 1. §. 9. Inst. 3. c. 15. §. 3. *Antid. fess. 6. c. 14. &c.* profundamento ponit, pec. or. manere in iustis cuius tabe omnia opera inficiantur, vt sint damnabili.

SVA DENT istis. 1. Psal. 102. *Coronate in misericordia.* Mat. 5. *Misericordes misericordiam consequentur.*

2. Isa. 55. *Emite ab his, vila communitatione rivotis & lac.* Dan. 9. *Non in iustificationibus nostris presterimus precies nostras, sed in miserationibus nostris.*

3. Luc. 17. *Cum fecerit omnia, dicite servientes sumus.*

4. Rom. 6. *Stipendium peccati mors, gratia Dei vita aeterna.*

5. Rom. 8. *Non sunt condigna passiones huius.* &c. Phil. 3. *Inueniar non habens meam iustificationem, qua ex lege est; sed illam, que ex fide est Iesu Christi.* &c.

6. Rom.